



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Galeoti Martii Narniensis De Homine Libri Dvo

Galeottus <Martius>

Basileae, 1517

Spina Et Dorsa

urn:nbn:de:hbz:466:1-31834

A foemī
nis & ma
sculinis
saepe neu
tra descē
dunt.
Interno
dium.

gimus. a summo eminentiorem, ab imo deductiorem, a ca
pite initium sumitur, Sed unum non tradendum obliuioni
arbitror, non solum a scapulis, cum genere sint foeminino,
intercapilium neutrum fieri, sed multa talia apud auto
res esse, & a masculino & a foeminino deriuata, quæ mutant
genus. Nam a nodo masculino, internodium neutrum. Qui
dus in sua Metamorphosi,

Longa internodia crurum.

Interue
nium.
nterco
lumnium.

Plinius decimo sexto, nauigiorum etiam uicem præstant, si
credimus singula internodia. A uena hoc interuenium. Vi
truuus architectus, octauo. Sed non per interuenia dila
bantur & liquefcant, A columna intercolumnium. Idē in
Item intercolumnia tria quæ erunt inter antas & columnas

Effugiū.

pluteis marmoreis, siue ex intestino opere factis intercludā
tur. A fuga effugium. Vergilius. ij. Aencidos,

Ob nostra reposcēt

Effugia.

Epitogiū

Toga epitogium facit. Quintilianus primo Institutionum.
ex nostro & peregrino ut bidinium, contra ut epitogium. &

Commili
tium.

militia commilitium facit. Iustinus quinto. Deinde cogitati
ones legum sacrarum, tum uetusti per tot bella commiliti
orant, miseratur ciuium exulum.

SPINA ET DORSA

Spina.
Dorsa.



PINA a collo usque ad natium flexū depressa,
quasi uallis est inter colles, quos uocant dorsa,
nam hæc de inanimis & de animantibus dicun
tur. Vergilius. primo,

Dorsum immane mari summo.

Hieronymus

Hieronymus in Ezechiele. inter uestibulum & altare quasi triginta quinque uiri dorſa habentes contra templum domini, & faciem ad orientem. Dorſum igitur tota posterior pars quæ ſimilitudinem uallis inter colles habet. nam ſpina humilis uallecula, eminentes pulpæ ab utroque latere ſpeciem habent collium. Hinc exdorſuare uerbum Plautinum quod eſt, dorſo nudare. In dorſis igitur ſcapulæ, & tergum, quod thoracis poſteriorē partē ſignificat totam. Ouidius. primo Metamorphoſeon.

Dorſum.

Exdorſua

re.

Tergum;

Oſſaq; poſt tergum magnæ iactate parentis.
Et alio in loco,

Manibus poſt terga ligatis.

Curtius. & telum quod unum forte non effluxerat, per medium pectus penetrauit ad tergum. Hinc tergiuerſari notū uerbum, uitium tergi gibbus. licet pro alio quoq; tumore ſolido ac ſuperuacuo ponatur. Iuuenalis;

Tergiuer

fari.

Gibbus.

Attritus galea medijsq; in naribus ingens
Gibbus, & acre malum ſemper ſtillantis ocelli.

Et de edilitio edicto, ſic aut iracundi aut melancholici, uel pro curui uel gibboſi. Dicuntur huiusmodi uiri etiam gibberoſi, ſicut frequenter utitur antiquitas. De ſpina & eius medulla ſicloquitur Plinius undecimo, ſpina lumbis oſſea, ſed terti ſtructure per media foramina a cerebro medulla aſcendente, eſſe ei naturam, quam cerebro, colligunt, quoniã pretenui eius membrana modo incifa ſtatim expiretur. In ſpina igit parte ſuperiori ſcapulæ, a lateribus dorſa, quæ omnia dicuntur terga. nam dorſum a forma nuncupatur. dictū eſt enim, ut ait Feſtus quaſi deorſum ab altitudine deuexū ad uallem, & quaſi deorſum eſt.

Gbberio

ſus.

Dorſum

a forma.

lumbi.